Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696724-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696724-p0002-6

nis ſunt utilia, gratis facere ſum pa ſatis. Namque orbis terrarum
divitias accipere nolo præ patriæ n eadem perſeveravit, Diome-
dontemque urbe excedere juſſit, n nec diverſa ratione perpetuo
pauper fuit Phocion, quum ditiſſi à populo dabantur. Idemque,
cum à Rege Philippo munera mag mulque admonerent, ſi ipſe his
facile careret, liberis tamen ſuis pr n paternam tueri gloriam, re-
ſpondit: ſi mei ſimiles erunt idem diſſimiles ſunt futuri, nolo meis
impenſis illorum ali augerique lux tis. Ipſa Communitas Artium,
quæ in hac literarum Univerſitate uina & ad formandos cum tra-
ctandæ orthodoxæ religionis tùm nmodata philoſophandi ratio-
ne avocare & abſtrahere vel volu dine perſiſtit, quosque bonis li-
teris ſubigendos habet adoleſcente etiam ex inferioribus ſubſelliis
protrahit, præmiisque meritis orn propediem iterum factura eſt.
A Sereniſſimo enim ac Celſiſſimo LHELMO, Duce Saxo-
niæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angr s Martisburgenſis, Landgravio
Thuringiæ, Marchione Miſniæ, u itate Hennebergico, Comite de
Ravensberg & Barby, Domino in io, juſſus ego hoc tempore pro
poteſtate omnimoda & plenaria ros promovere eos, qui digni
judicati ſint in Examine cum illis s Philoſophiæ & Bonarum Ar-
tium Cultoribus honorum in his r, humaniſſime compello & in-
vito, ut propediem vel apud me, ur, explorationi, quam Magi-
ſtrorum dignitati obtinendæ nec uetudine ſubjiciendi. Fiet res
bonis publicis & privatis utiliſſim ompactiſſima conſtantia inſul-
tantiſſimo nullo impulſu debilitan blema converſum Eccleſiaſtici
pronunciatum. Oculis enim ſub mpeſtatum invaſiones immota
conſiſtens, cum inſcriptione: Ti

A lapſu immunis ſtr a eſt fiducia veri,
Immotam in ve cta timore geret.

P.P. Dom. I. Adventus A. R. S. MD

JOH. HEINRICUS ERNESTI,
POES. PROF. PUBL.
ET
CREANDIS MAGISTRIS
H. T.
PROCANCELLARIUS
PHILOSOPHIÆ ET BONARUM ARTIUM CANDIDATIS NOBILISSIMIS.

S. D. P.

VEl ex Syracide inter ſacros exiſtente ſcriptore haberi & diſci poſſunt ſapientis officia. Hucque
poſt innumera alia pertinent ex capitis vigeſimi ſecundi commate decimo nono petita verba:
Colligatio lignea illigata ad ædificium in concuſſione non diſſolvetur: ſic cor firmatum in cogita-
tione conſilii in omni tempore metu non formidabit. Nam ſic conſtantia mentis traditur, per
quam in ſemel poſt accuratam & maturam rerum omnium, quæ circumſtant, conſiderationem
& expenſionem ſumta ſententia non confunditur & nunquam ab ea recedit, nihilque facit, niſi
quod rectum & juſtum viſum eſt & exploratum. Et per teſtimonia Poëtarum & per exempla
virorum ex rebus geſtis celebratiſſimorum res declarari poteſt. Egregie canit Horatius:

Juſtum & tenacem propoſiti virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, nec Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus,
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Inter exempla primo loco exiſtet Alcibiades Athenienſis. Nam nulla perſecutione & expulſione, qua per cives exagita-
batur, impediri poterat, quominus ſuaderet, quæ patriæ ſalutaria ex vera cauſa viderentur eſſe, nec ſuaderet ſolum, ſed &
reipſa conciliaret & adferret. Pari ratione flecti non potuit Epaminondas, poſtquam eum Diomedon Cyzicenus roga-
tu Artaxerxis corrumpendum ſuſceperat. Nam cum hic cum magno pondere auri Thebas veniſſet & Micythum adole-
ſcentulum quinque talentis ad ſuam voluntatem perduxiſſet, hicque Epaminondam conveniſſet & cauſam adventus Dio-
medontis oſtendiſſet, Epaminondas Diomedonte coram: Nihil, inquit, opus eſt pecunia. Nam ſi ea Rex vult, quæ Theba-
nis ſunt utilia, gratis facere ſum paratus; ſin autem contraria, non habet auri atque argenti ſatis. Namque orbis terrarum
divitias accipere nolo præ patriæ charitate. Neque ſolum hanc ſententiam cepit, ſed & in eadem perſeveravit, Diome-
dontemque urbe excedere juſſit, ne, cum ſe non poſſet, alios vitiaret & corrumperet. Quin nec diverſa ratione perpetuo
pauper fuit Phocion, quum ditiſſimus eſſe poſſet propter frequentes delatos honores, qui ei à populo dabantur. Idemque,
cum à Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere, ſimulque admonerent, ſi ipſe his
facile careret, liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam, re-
ſpondit: ſi mei ſimiles erunt idem hic ager illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit, ſin diſſimiles ſunt futuri, nolo meis
impenſis illorum ali augerique luxuriam. Sed non opus eſt exemplis ex antiquitate advocatis. Ipſa Communitas Artium,
quæ in hac literarum Univerſitate floret, rem ſatis oſtendit. Nam etſi multa ſunt, quæ à genuina & ad formandos cum tra-
ctandæ orthodoxæ religionis tùm Reipublicæ utilitatibus idoneos homines maxime accommodata philoſophandi ratio-
ne avocare & abſtrahere vel volunt vel poſſunt, non cedit tamen a propoſito, ſed in rectitudine perſiſtit, quosque bonis li-
teris ſubigendos habet adoleſcentes, non ſolum ſalutaribus doctrinis imbuit, ſed imbutos etiam ex inferioribus ſubſelliis
protrahit, præmiisque meritis ornatos docentium numero aptos reddit & adjungit. Idque propediem iterum factura eſt.
A Sereniſſimo enim ac Celſiſſimo Principe ac Domino, **DN. MAURITIO WILHELMO,** Duce Saxo-
niæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, poſtulato Adminiſtratore Epiſcopatus Martisburgenſis, Landgravio
Thuringiæ, Marchione Miſniæ, ut & ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Comite principali dignitate Hennebergico, Comite de
Ravensberg & Barby, Domino in Ravenſtein, Cancellario hujus Academiæ unico & perpetuo, juſſus ego hoc tempore pro
poteſtate omnimoda & plenaria clementiſſime mihi commiſſa in liberalium artium Magiſtros promovere eos, qui digni
judicati ſint in Examine cum illis antea inſtituto, id ſolenniter indico, quique ex Nobiliſſimis Philoſophiæ & Bonarum Ar-
tium Cultoribus honorum in his diſciplinis ſummorum conſequendorum deſiderio tenentur, humaniſſime compello & in-
vito, ut propediem vel apud me, vel Spectatiſſimum Dn. Decanum nomina ſua profiteantur, explorationi, quam Magi-
ſtrorum dignitati obtinendæ neceſſario præmitti oportet, more recepto & antiqua conſuetudine ſubjiciendi. Fiet res
bonis publicis & privatis utiliſſima & maxime proficua; hæcque & ſapientiæ & famæ laude compactiſſima conſtantia inſul-
tantiſſimo nullo impulſu debilitanda unquam erit aut frangenda. Idque firmat vel in Emblema converſum Eccleſiaſtici
pronunciatum. Oculis enim ſubjicietur bene quoad partes compacta domus in venti & tempeſtatum invaſiones immota
conſiſtens, cum inſcriptione: Timet haud compacta procellas, & interpretatione metrica:

A lapſu immunis ſtructura furente procella eſt.
Immotam in ventos vincula firma tenent.
Mens, cui perſuaſi firma eſt fiducia veri,
Pectora non ullo fracta timore geret.

P. P. Dom. I. Adventus A. R. S. MDCCXXI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696724-p0004-7

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-J OL
K218
b17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696724-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696724-p0008-0

facere ſum pa ſatis. Namque orbis terrarum
o præ patriæ n eadem perſeveravit, Diome-
edere juſſit, r n nec diverſa ratione perpetuo
, quum ditiſſir à populo dabantur. Idemque,
munera mag ſimulque admonerent, ſi ipſe his
tamen ſuis pr n paternam tueri gloriam, re-
es erunt idem diſſimiles ſunt futuri, nolo meis
augerique lux tis. Ipſa Communitas Artium,
Univerſitate uina & ad formandos cum tra-
eligionis tùm mmodata philoſophandi ratio-
nere vel volu dine perſiſtit, quosque bonis li-
et adoleſcente etiam ex inferioribus ſubſelliis
ie meritis orn propediem iterum factura eſt.
ac Celſiſſime LHELMO, Duce Saxo-
ontium, Angr s Martisburgenſis, Landgravio
ne Miſniæ, u itate Hennebergico, Comite de
, Domino in no, juſſus ego hoc tempore pro
& plenaria ros promovere eos, qui digni
ne cum illis s Philoſophiæ & Bonarum Ar-
orum in his r, humaniſſime compello & in-
el apud me, ur, explorationi, quam Magi-
tinendæ nec uetudine ſubjiciendi. Fiet res
atis utiliſſim ompactiſſima conſtantia inſul-
ilſu debilitan blema converſum Eccleſiaſtici
lis enim ſub mpeſtatum invaſiones immota
ptione: Ti
immunis ſtr a eſt fiducia veri,
notam in ve cta timore geret.
s A. R. S. MD